Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

filia annorum .xii. moriebatur. et mu
lier ista fluxu sanguinis ab annis .xii.
laborabat: in ut intelligatur quia quamdiu
synagoga viguit. laboravit ecclesia.
**Beda.** Una enim plene sciri etate et sy
nagoga in patriarchis nasci cepit. et
gentium natio per idolatria fedavit. **Am
bro.** Sicut ista in medicis erogaverat
omnem substantiam suam. Ita congregatio gen
tium amiserat omnia dona nature. **Beda.**
Medicos autem intellige sive falsos theologos
sive philosophos. legumque doctores seculariu qui
multa de virtutibus vitiisque disserentes
utilia se vivendi instituta mortali
bus dare promittebant. seu ipsos spiritus im
mundos qui velud hominibus consulendo se
pro diis colendos ingerebant. quibus au
diendis gentilitas quanto magis illius
industrie vires expendebat: tanto mi
nus iniquitatis sue sorde curari. **Ambr.**
Audiens autem egrotantem ipsum iudeorum syna
re cepit salutis sue remedium temporis
venisse cognovit. quo medicus ades
set de celo. Surrexit ut occurreret.
fide preventa. pudore cunctanter. Hoc
est pudoris et fidei: agnoscere infirmita
tem. non desperare veniam. Verecunda
ergo fimbriam tetigit: fidelis accessit.
religiosa credidit. Sapiens sanatam se
esse cognovit. Sic sancta plebs gentium
que deum credidit. peccatorum erubuit ut desereret.
fidem detulit ut crederet. devotionem exhi
buit ut rogaret. Sapientiam induit ut
sanitatem suam ipsa sentiret. Fiduciam
sumpsit ut fateretur quod presumpsisset alienum.
Retro autem tangitur christus: quia scriptum est. post
dominum deum tuum ambulabis. **Beda.** Et
ipse ait. Siquis michi ministrat me sequatur.
Sive quia presentem in carne dominum non videns.
iam quia peractis dispensationis sacramentis.
per fidem cepit eius vestigia sequi. **Greg.**
Premente autem turba. una redemptorem
nostrum mulier tetigit: quia carnales quamque
in ecclesia cum comprimunt a quo longe sunt.
et soli tangunt: qui humiliter ei veraciter inherent
adiunguntur. Turba ergo premit et non tangit.
quia qui diversis viciis et inordinate affligitur.
solo catholice ecclesie corde fideli creditur.
qui et tur. quia et importuna est per presentiam: et
absens per meritum. **Beda.** Vel una credula v
nus dominum tangit: quia qui diversis viciis
inordinate affligitur: solo catholice ecclesie ac
de fidelis queritur. **Ambr.** Non enim credunt
qui comprimunt: credunt qui tangunt. fide con
gitur christus fide videtur. Denique ut fidem tan
gentis exprimeret: dicit. Ego cognovi vir
tutem de me exisse. quod est evidentius indicium
quia non in nos possibilitatem conditionis humana
ne. atque intus corporis claustrum divinitas coar
tata est: sed ultra fines nostre mediocritatis
virtus exundat eterna. Non enim humana ope
plebs gentium liberatur. sed dei munus est quod ter
gentes nationum que est brevem fide misericordiam medi
nat eternam. Nam si consideremus quanta sit fi
des nostra. et intelligamus quantus sit dei filius: vi
demus quia comparatione eius fimbriam tantummodo
tangimus. Superiora vero vestimenti eius ne
quimus attingere. Si ergo et nos curari volumus.
fide tangamus fimbriam christi. Non lateat eum
quisque tetigerit. Beatus qui vel extremam par
tem verbi contigerit. Nam totum quis potest compre
hendere.

Adhuc illo loquente: venit quidam ad principem synagoge. dicens ei. Quia mortua est filia tua: noli vexare

**Criso.** Oportune dominus expectabat puelle
mortem ut palam
resurrectionis miracu
lum. ideo quia et tardius
incedit et loquitur
cum muliere est diu: ut
archisynagogi fi
lia expiraret. et sic
advenirent nuncii ad
venirent. Unde dicitur.
Adhuc illo loquente
venit quidam ad principem synagoge.
dicens ei. quia mortua est fi
lia tua. noli vexare illum.
**Aug.** Sed cum matheus

·ii· moꝝ·

de quo ſu eu